Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

Thamas 83

in diebus illis aut dominus non
fecit nos in consideratione Quod
si discretis quae fecit dominus
deus noster nobis haec omnia dicto
ad eos sicut dereliquistis me et ser
uistis deo alieno in terra uestra si
seruietis dno alienis in terra non
uestra Annuntiate hec domui iacob
et audite haec in iuda dicentes
Audi popule stulte qui no habes
cor qui habentes oculos non uide
tis et aures non audietis Me ergo
no timebitis aut dominus et a fa
cie mea non dolebitis Cum po
sui arenam terminum maris preceptum
sempiternum quod non praeteribit
et commouebunt et non poterunt et
intumescent fluctus eius et non
transibunt illum Populo autem huic fac
tum est cor incredulum et exasperans
Recesserunt et abierunt et non dixe
runt in corde suo Metuamus dnm
deum nrm qui dat nobis pluuiam
temporaneam et serotinam in tempo
re suo plenitudinem anni messis
custodiens nobis Iniquitates
nostre declinauerunt hec et peccata
nostra prohibuerunt bonum a nobis
quia inuenti sunt in populo meo im
pii insidiantes quasi auicupes la
queos ponentes et pedicas ad ca
piendos uiros sicut decipula ple
na auibus sic domus eorum ple
na dolo Ideo magnificati sunt et
ditati incrassati sunt et impinguati
et praetierunt sermones meos pessi
me Causam iudue non iudicauerunt
causam pupilli non direxerunt et iudi
cium pauperum non iudicauerunt Nu
quid super his non ulciscetur dicit do
minus aut super gente huiusmodi
non ultiscet anima mea Stupor
et mirabilia facta sunt in terra Pro
phete prophetabant in dacum et sacer
dotes applaudebant manibus suis
et populus meus dilexit hiis Quid
igitur fiet in nouissimo eius
Confortamini filii beniamin
in medio iherusalem et
in thecua clangite bucci
na et super bethaccaram leuate uexil
lum quia malum uisum est ab aquilo
ne et contritio magna Speciosam et
delicatam assimilaui filiam sion ad ca
uem pastores et greges eorum
fixerunt in ea tentoria in circuitu
pascet unusquisque eos qui sub ma
nu sua sunt Sanctificate super
eam bellum consurgite et ascendamus
in meridie Ue nobis quia
declinauit dies quia longiores
facti sunt umbre uespere Sur
gite et ascendamus in nocte et
dissipemus domus eius quia
hec dicit dominus exercituum
Cedite lignum eius et fundite ci
ui iherusalem aggerem hec
est ciuitas uisitatione omnis
calumnia in medio eius Sicut
frigidam facit cisterna aquam
suam sic frigidam fecit malitiam
suam iniquitas et uastitas audie
tur in ea coram me semper infirmitas
et plaga Erudire iherusalem ne
forte recedat anima mea a te
ne forte ponam te desertam terram
non habitabilem Hec dicit dnus
exercituum Usque ad racemum colligent
quasi in vinea reliquias israhel
Conuertere manum tuam quasi vindemia
tor ad cantallum Cui loquar et que
testabor ut audiat Ecce incircum
cisi aures eorum et audire non
possunt Ecce verbum domini factum est